



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

V. Vt cuiuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

cap. 138. &
Burchar.
li. 2. cap. 37.

* inter ostiarios deputetur, vel inter lectores: ita vt euangelia & Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur: ita vt manum non imponant, aut sacra non contingant. * Pœnitente vero dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub * cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario. III.

Item constituit sancta Synodus, vt lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

I V.

Subdiaconus autem, defuncta vxore, si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, vel inter lectores: ita vt euangeliū & * Apostolum non legat; propterea, ne qui ecclesiæ seruiert, publicis officiis seruire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

V.

Burch. lib. 2.
c. 141. De
cre. luon.
part. 6. ca.
24j.

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si * castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo * noluerit promereri.